



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXVII. Stadt und Kloster Spandow.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XXVII.

Stadt und Kloster Spandow.

I. Die Markgrafen Johann und Otto gestatten der Stadt Spandow die Anlegung einer Flutrinne, die Zollfreiheit, Brandenburgisches Recht und die Uebertragung des Letztern auf die Städte in den Landen Glin, Teltow und Barnim, setzen auch die Grenzen ihrer Feldmark fest, am 7. März 1232.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Amen. Johannes et Otto, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, vniuersis hanc litteram inspecturis salutem et omne bonum. Acta praesentis temporis deperire solent in futurum, nisi firmentur subsidio litterarum. Ea propter notum facimus tam praesentibus quam futuris, quod nos Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, considerata utilitate ciuitatis nostrae Spandowe de consilio nostrorum fidelium ipsi ciuitati Spandowe ac ipsis pro tempore inhabitantibus in eadem ciuitate Spandowe licenciam concedimus aedificandi cum suis propriis expensis canale fluuium, quod vulgari nomine Flutrinne appellatur, quod et suis expensis in perpetuum obseruabunt. Et nos omnes in Spandowe inhabitantes per praesens nostrum scriptum facimus in perpetuum liberos et immunes super Teloneo in eodem fluuio exigendo. Insuper per omnem nostram terram supradictos nostros Burgenses Telonii liberos constituimus et immunes, quemadmodum Burgenses nostri Stendalgeneses et Brandenburgenses fuisse hactenus dinoscuntur. Preterea Telonium, quod per totam ciuitatem Spandowe supra forum scilicet, preterquam in domo venali, habuimus, eisdem concedimus et dimittimus ita, vt de hoc ciuitati suae Spandowe utilitatem faciant, prout ipsis visum fuerit expedire. Insuper eidem ciuitati nostrae Spandowe ex plenitudine nostrae graciae indulgemus, vt omnes de Terra Teltowe et omnes de Ghelin nec non et omnes de nova terra nostra Barnem iura sua ibidem accipiant et obseruent, sicut nostram graciae diligunt et fauorem; Ipsa autem ciuitas nostra Spandowe iura sua in Brandenburg afferat vniuersa. Eiusdem autem ciuitatis terminos nostrae ita distinguimus: versus orientem usque ad fluuium quod Croewel vocatur; versus meridiem vsque ad stagnum, quod Scarplanke vocatur; versus occidentem vsque ad fossam Argille; versus Septentrionem autem vsque ad salicem et ad pontem, qui Bolbrucke vocatur et vsque siluam Stariz et vsque ad montem Babe, quos terminos sic distinctos praecipimus ab omnibus firmiter obseruari. Vt autem haec nostra concessio et ordinatio in suo vigore perenniter valeat permanere, et ne quis-



quam successorum nostrorum eam infringat, praesentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Testes autem sunt: Conradus Comes de Regensteyn, Alexander et Rudolphus de Tuchen, Arnoldus de Grobene et Theodoricus de Gleuemint et Henricus de Stendal et Henricus scultetus noster de Spandowe et Albertus advocatus et Henricus de Stegelitz et Johannes Auca et Henricus advocatus et alii quam plures. Datum in Spandowe. Actum anno domini 1232 Nonas Martis.

Dieselbe Urkunde in einer ältern deutschen Uebersetzung:

In deme Name der hiligen vngedeilden dryualdigkeit Amen. Johan vnd Otthe, van ghodis gnaden Margreuen thu Brandenburg, Allen dy dessen Briff ansichtich werden, heil vnd gud. Dy dat vnde gescicke der ghegenwordigen tyd plegen vorgan in langer thukumft, es sy denne, dat sy beuellighet werden met hulpe der bryue. Darumme du wy kunt allen, dy ghegenwordich syn vnde na thukamende werden, dat wy Johannes vnde Otte, Margreuen thu Brandenburg, So wy met rade vnser getrewen ouertrachtet hebben dy nutticheit vnser Stad Spandow, vylbord gheuen derseluen vnser Stad Spandow vnde oren lawonern, thu buwen eyne Vlutronne vp ore eyghen theringe vnde koste, vnde dy thu ewighen tyden alzo thu holden; vnde maken met deme unferm bryue alle dy Inwonre thu Spandow van sodanen tolle, alz me dar aue moghe gheefchen, thu ewighen tyden vry und ledich. Vord mer so bestedighe wy ouer alle vnse land dy vorbenumeden vnse borgere tollis vry vnde ledich, alze vnser borghere van Stendal vnde Brandenburg wente her wry syn gehewesen. Vord vinne den tol, den wy ouer alle in dy Stad Spandow, alze vp den Marquet, vtghenomen in deme kophuse, ghehat hebben, den vorlye wy vnde vorlaten derseluen vnser borgheren also, dat sy daraue orer Stad Nutticheit maken, alse em dat seluen fromelik vorduchte. Darnait van vulligkeit vnser gnaden begnadighe wy dy selue vnse Stad Spandow, dat alle vt deme lande Teltow vnd alle van dem Glyn vnd ok alle dy van deme Nyen Barnem ore recht derseluen scholen nemen vnd halen, alse sy vnse gnade lyff hebben vnde begheren; auer dy egenante vnse Stad Spandow schole ore recht thu Brandenburg genzliken vnd al halen. Vnd derseluen vnser Stad Spandow enden vnde markescheden deile wy alzus: jeghen den osten wente thu deme vlithe, dat dar ghenumet ys Crouwel, jeghen den Middach wente thu der See, dy dar dy Scharpelanke ys ghenumet, jeghen den auent wente thu der Leemkulen, jeghen dat Souensterne wente thu der wyde vnde wente thu der bruchghen, dy dar ys geheiten dy blokbrughe, vnde thu der heiden Staricceze vnde thu den Babenberghe. Desse enden, also gedeilen, ghebyde wy van eynem isliken stede vnde vaste tu holden. Darvp dat desse vnse vorlyunge vnde schickunge thu ewygen tyden stede vnde vaste moghen blyben vnde van vnser nakomelinghe en ghene vorfericheit werde, so hebbe wy dessen geghenwordigen vnser bryff med vnsem angehanghen Ingesegel heiten vorsegelen. Tughe, dy hir auer syn ghewesen, syn: Cunrad dy greue van Reghensteyn, Alexander vnd Rudolphus van Tuchen, Arend van Groben vnd Theodoricus van Gleuemunt, Hinricus van Stendal, Henrik vnse Schulte thu Spandow, Albrecht vagher, Hinrik Steghelitz vnde Hans Gans, Hans vagher, vnd vele mer ander bedderue lude. Ghegeuen an deme Jare vnser heren M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>. Non. Martis in Spandowe.

Aus einem Copialbuche Spandower Urkunden des 15. Jahrhunderts Nr. 1. Vgl. Fiedler's Beitr. IV, 1.



II. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen der Stadt Spandow die Zollfreiheit und das Brandenburgische Recht, verleihen auch der Stadt den Bens und achtjährige Abgabefreiheit, am 29. Juli 1240.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis: Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Univerſa negotia mandata litteris et vocibus teſtium ab utroque trahunt indiſſolubile firmamentum. Notum igitur eſſe volumus tam praesentibus quam posteris, quod Burgenſibus et incolis habentibus haereditatem in civitate Spandow libertatem dedimus vsque ad octo annorum expletionem ab omni exactione, petitione, precaria, ſervitio, telonio tam pontatico quam agrefico, per omnes terminos noſtros et terrarum noſtrarum territoria liberos eos decernentes. Addicimus etiam civitati locum, qui Bens dicitur, qui fuerat Advocati Alberti et filii ſui Borchardi, cum omni jure, ut ſit particeps conſolationis praesentis et communiter ſervitii futuri et laboris. Expletis autem octo annorum ſpaciis ſtatuiſmus et volumus, ut eadem jura, quae habent Cives Brandenburgenses, teneant et obſervent. Permiſimus etiam ipsis Eccleſiam forenſem, quam Claustro contuleramus, eximere per reſtaurationem et conferre Sacerdoti, qui cum ipsis facit perſonaliter reſidentiam in eadem civitate. Sed ne aliqua in poſterum dubitatio poſſit ſuboriri, teſtes adhibuimus, quorum nomina ſunt haec: Sifridus de Haſſel, Bertoldus de Veltberg, Tidericus de Stralow, Willekinus de Tornow, Gerhardus de Oderberg, Johannes de Redixdorp, Magiſter Adam et Ludolphus Cappellanus curiae et alii quam plures, et praesentem paginam ſigillorum noſtrorum appenſione ſecimus roborari. Actum in Spandowe Anno Dominicae incarnationis 1240, III<sup>o</sup> Kalendas Auguſti.

Nach dem alten Copialbuche No. 2. Bal. Buchholz Geſch. der Churm. IV. Urk. Nh. 69.

III. Die Markgrafen Johann und Otto verzeihen dem Kloſter zu Spandow eine durch den Probtſt deſſelben von Kare erworbene Mühle auf der Panke beim Dorfe Wedding, am 22. Mai 1251.

In nomine Sancte et jodividue trinitatis. Otto, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, Omnibus ja perpetuum. Acta praesentis temporis deperire ſolent aliquociens in futurum, ſi non firmantur ſublidio litterarum. Harum ergo inſpectione tam poſteris quam praesentibus propenſius eluceſcat, quod fidelis noſter Fridricus de Kare, miles, quoddam molendinum, in terminis ville, quae Weddinge vocabatur, in rivo, qui Pankowe dicitur, conſtitutum, venerabili viro Jacobo prepoſito et conuentui dominarum eccleſiae beate virginis apud Zpandow pro viginti uno talento denariorum vendidit et venditum aſſignavit. Nos autem commendabili facto eius benivolam prebentel aſſenſum, tum pro ipsis ac dicti prepoſiti petitione tum pro noſtra noſtrorumque ſalute, ſupradicti molendini proprietatem iam dicto prepoſito et conuentui perpetuo donauimus in eo ſitu et ea juſticia, quibus illud dictus habuiſſe diſcoſcitur Fridericus. Ut autem hec noſtra donacio robor ualeat perpetuum obtinere, praesentem paginam ſuper eo conſcriptam ſigilli noſtri iuſſimus appenſione fideliter communiri. Hujus facti teſtes ſunt fideles noſtri: Gerardus de Kercow, Heinri-



cus de Stegeliz, Albernus marscalcus, Heinricus pincerna, Heinricus de Grobene, Conradus de Niemie, Arnoldus de Bredow milites et alii quam plures. Actum anno incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LI, XI<sup>o</sup> kalend. Junii.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes, Dei gracia Marchio Brandenburgensis etc. (wörtliche Wiederholung der obigen Urkunde unter denselben Zeugen, Jahre und Tage.)

Nach den Originalien des Geh. Staats-Archives.

NB. Ueber die Stiftung des Klosters Spandow findet man nur folgende Notiz in einem alten Verzeichnisse von Spandower Urkunden:

„Marggraff Johansen vnd Otten fundation des klosters zu Spandow vnd Donation des Dorfs Languitz Anno 1239.“

#### IV. Cardinal Hugo ertheilt zum Bau eines Hospitales in Spandow einen Ablass, am 8. August 1252.

Vniuersis Christi fidelibus per Alemaniam constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, Frater Hugo, miseratione divina secundus societatis Sabine presbyter Cardinalis, apostolice sedis Legatus, Salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut dicit Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quemadmodum qui parce seminat parce etiam metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo prepositus et cives de Spandowe Brandenburgensis dioecesis intimare curaverunt, hospitale, in quo peregrini hospites pauperes et languentes recipiantur, in ipsorum oppido de Spandowe de novo edificare ceperint opere sumptuoso, nec ad id proprie sibi suppetant facultates, uniuersitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias eis elemosinas in caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem uestram opus tam pium valeat consummari, ac vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus autoritate consili, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dicto hospitali manum porrexerint adjutricem, sexaginta dies de injuncta sibi penitentia, peccata oblita, vota incauta seu fracta, si ad eadem redierint, offensas patrum et matrum, facta violenta manum injectione, duas quarrenas indietas aut indicendas, si secundum facultatem bonorum a Deo sibi collatorum eas redimere voluerint, misericorditer relaxamus, Presentibus post operis ipsius consummationem minime valituris. Datum Trevire, sexto idus Augusti, Pontificatus Domini Innocentis pape quarti anno decimo.

Siehe Dilschmann's dipl. Geschichte von Spandow S. 132.

Ann. Nach einer ungedruckten, von M. F. Seidel aufbewahrten, Nachricht des ehemaligen Pfarrers zu Spandow, Christian Schnee, ist „Anno 1244 das Hospital zu Spandau für fremde Gäste, Arme und Kranke fundiret, laut dessfalls vorhandenen Briefes. Dieses Hospital hat sowohl Markgraf Ditto, als auch dessen Advocat in Spandau, Henricus Theudo, mit



Einſünſten 1261 begabt, laut davon noch vorhandenen Briefes, worin die Zeugen unter andern geweſen Ludwig von Kerſowe und Henr. von der Grobene. Dieſes Hoſpital hat vor der Stadt geſtanden und iſt das S. Geiſt-Hoſpital genannt worden (Brief de 1314).“

V. Markgraf Otto ſchenkt dem Kloſter zu Spandow mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Johann, Otto und Albert fünf Hufen Landes im Dorfe Schöneberg, am 3. November 1264.

In nomine ſancte et Indiuidue trinitatis. Nos Otto, Dei gracia Brandenburgienſis Marchio, Omnibus in perpetuum. Sicut dies et tempora indefinenter fluunt et tranſeunt vices ſingulas alternando, ſic ea, que ſub iſtis ſunt temporibus, decorem memorie ſacillime perderent et vigorem, niſi voce teſtium et ſcripti memoria reciperent munimentum. Ea propter notum facimus tam præſentibus quam poſteris vniuerſis criſti fidelibus, quod ob ſpem eternorum premiorum, Bona et Sincera deliberatione, filiorum noſtrorum Johannis, Ottonis et Alberti adhibito conſenſu vnanimi, Eccleſie ſanctimonialium apud Zpandowe, quam nos piis amplectimur viſceribus karitatis, ſperantes in domino ihesu criſto, quod ibidem domino deo famulantes noſtrum apud altiffimum ſupplere debeant imperfectum, Quinque manſos in villa Seonenberch ſitos omni iuris integritate, ſicut nos poſſedimus, Exactione eciam et petitione ſeu Aduocaticio ſeruicio et aliis quibuſcumque ſeruiciis depositis et ſemotis, proprietatis titulo contulimus perpetuo poſſidendos. Et ut noſtra Donacio, ex perfecta noſtra et filiorum noſtrorum liberalitate peracta, abſque omni ambiguitate et contradictione ſeu impulſu friuolo vel maligno Rata et grata plene ac plane futuris temporibus perfeueret, preſentes noſtras litteras, Sigilli noſtri munimine Solidatas, Supradicte Eccleſie in Euidens teſtimonium et Robur validum duximus erogandas. Teſtes huius ſunt: Dominus Johannes de Roſſowe, Conradus de Oſterburch, Gheuehardus de Aluensleue, Olricus de Croghe, Henricus de Thene, Albertus de Grobe Aduocatus in Zpandowe, Henricus de Grobene, Arnoldus de Bredowe, Theodericus de Bornem et alii quam plures. Datum Zpandowe per manum Johannis noſtre Curie Notarii, Anno domini Milleſimo CCº. LXIIIº. Tercio Non. Noembris. Indict. VIIº.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

VI. Heinrich, Biſchof von Brandenburg, incorporirt die unter dem Patronat des Kloſters Spandow ſtehende Pfarre zu Langwitz den Tafelgütern der Nonnen, am 2. April 1265.

Henricus, Dei gratia Brandenburgienſis Epifcopus, omnibus in perpetuum. Quoniam que geruntur in tempore ſuperueniente dierum longitudine ab humana ſolent dilabi memoria, expedit illa de quorum oblivione oriri poſſet conuſio litterarum indiciis eternare. Volumus ergo ad præſentium et futurorum noticiam peruenire, quod nos requiſito noſtri capituli conſenſu pariter et obſento, totam decimam eccleſie in Lanchwitz, ad jus Patronatus eccleſie ancillarum Chriſti ſpe-



stantis in Spandowe, ad ipsarum mensam, que tenuis est, libere contulimus propter deum, refer-  
vatis sacerdoti, qui pro tempore fuerit instituendus, oblationibus suis et tam de mansis quam de de-  
cima annone cuilibet VIII choris. Et ut hoc firmum et stabile permaneat et a nullo imposterum  
valeat infirmari presens scriptum scribi fecimus et sigilli nostri appensione una cum sigillo nostri ca-  
pitoli roborari. Adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Lambertus prepositus,  
Johannes Prior, Johannes Cellerarius, Wernerus Camerarius, Canonici Branden-  
burgenses, Jacobus Prepositus in Spandowe, Theodericus prepositus in Berlin,  
Hermannus de Bizdale, Gernotus de Berlin, Lodewicus de Rosenvelde, Waltherus  
de Jetze, plebani, et alii quam plures tam clerici quam laici. Datum Spandowe, anno Domini  
M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXV<sup>o</sup>. III<sup>o</sup> Non. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Nach Gerken's Abdruck in den Fragm. marchie's 1, 19.

VII. Markgraf Otto verzeignet dem Kloster Spandow vier Hufen Landes, welche Ritter  
Dietrich von Bornim demselben im Dorfe Seegesfelde überlassen hat,  
am 12. April 1265.

In nomine domini amen. Nos Otto, Dei gratia Brandenburgensis marchio, Omni-  
bus in perpetuum. Virtus memorie requiescit in scriptis. Nam negotia rite peracta scripturarum  
et testium munimine roborantur. Notum proinde facimus tam presentibus quam posteris, quod cum  
Theodericus miles, dictus de Bornem, quondam noster Aduocatus in Spandowe, quatuor  
mansos in villa Segeuelde a nobis in pædo tenuisset, quos Ecclesie sanctimonialium apud Zpan-  
dowe idem theodericus cum filia sua, nostro et filiorum consensu et consilio accedente, Libe-  
raliter erogavit, Nos moti visceribus karitatis iam dicte Ecclesie, quam amplectimur et venerari te-  
nemur affectu debito et sincero, ut persone deo jugiter famulantes ibidem earum piis orationibus  
nostrum apud altissimum suppleant imperfectum, dictorum mansorum proprietatem libertate omni-  
moda, quam nos habuimus, contulimus perpetuo possidendam, nichilominus homines dictos mansos  
excolentes in prefatum dicte Ecclesie supplementum a serulcio aduocaticio et exactione seu angaria  
qualicumque exemptos penitus reddimus et solutos, volentes etiam ratum et gratum teneri, ut se-  
pius repetita Ecclesia omnes prouentus mansorum dictorum et vtilitatem cum vniuersis pertinenciis  
perfecte possideat et quiete. Vt autem nostra collatio rationabiliter peracta, futuris temporibus illi-  
bata permaneat et ne quis in posterum infringere valeat uel mutare, presentes nostras litteras nostri  
Sigilli munimine solidatas prenarrate Ecclesie in Euidens testimonium et robur validum duximus ero-  
gandas. Testes huius sunt: Arnoldus de Bredowe, Henricus de Grobene, Theodericus  
de Nemech, Albertus de Grobe, Theodericus de Bornem, Waltherus Bart et alii  
quam plures. Datum Spandowe per manum Johannis nostri Notarii, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>.  
LXV<sup>o</sup>. Dominica Quasimodogeniti Ind. VIII<sup>o</sup>.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.



VIII. Probst und Capitel des Klosters Spandow bekunden, wie die ihnen von dem Ritter Arnold von Bredow hinterlassenen Einkünfte und Capitalien zu seinem Seelenheil verwandt werden sollen, im Jahre 1267.

Jacobus prepositus monasterii in zspandow, Margareta priorissa totumque capitulum ibidem omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Quoniam ea que geruntur in tempore, cum lapsu temporis a mentibus hominum recedere et sic in irritum deuenire consueuerunt, nisi testium uel scripture subsidio confirmantur; Nouerint uniuersi tam presentes quam posteri hanc presentem paginam inspecturi, quod arnoldus miles, dictus de bredow, ex instinctu diuino et ad cultum dei ampliandum et in remedium anime sue et predecessorum suorum, contulit cenobio dominarum in zspandow de redditibus suis III<sup>or</sup> choros filiginis in Warnow, qui translati sunt de Warnow in Clodow mediante uoluntate marchionum, et XX marcas parati argenti et XV marcas, in quibus ei tenebamur, in extremis propter deum relaxauit. Hanc elemosinam sub hac forma et tali conditione assignauit, ut singulis diebus ferialibus missa pro defunctis debeat dici ad altare sancte crucis, exceptis sextis feriis et sabbatis, in quibus debet dici de sancta cruce et in sabbatis de domina nostra. Insuper inseruit, quod lampas singulis noctibus ante crucem et ante imaginem sancte Marie frequenter ardere debeat, Et ut anniuersarij eius singulis annis a conuentu sollempniter et deuote celebretur Et ipso die anniuersarij sui conuentus laute et bene procuretur. Ut autem hec donatio testamenti et elemosinarum posteris cognita permaneat ac stabilis perseueret, ipsam sigillorum nostrorum appensionibus decreuimus muniendam. Testes sunt Henricus de groben et frater suus arnoldus de grobene et Wegerus miles et quam plures. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVII<sup>o</sup>.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

IX. Die Markgrafen Otto und Albert überlassen dem Kloster zu Spandow die Kirche zu Roskow, im Jahre 1270.

In nomine f. et ind. trin. Otto et Albertus, dei gratia Marchiones brandeburgensis, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que geruntur in tempore cum lapsu temporis etc. (wie in der Urkunde vom Jahre 1267); Nouerint igitur tam presentes quam posteri hanc paginam inspecturi, quod nos instinctu diuino ac deuotarum dominarum monialium in Zpandowe nec non et venerabilis Henrici brandeburgensis Episcopi precibus inclinati, ad cultum dei ampliandum et in remedium animarum nostrarum pariterque nostrorum predecessorum omnium, Ecclesiam in Roscowe iam dictis dominabus in honore beate marie uirginis in subsidium contulimus iure perpetuo possidendam, ut per eam, que mater misericordie, gratiam et misericordiam consequamur, et ab eis nostri pariterque parentum nostrorum memoria perhenniter habeatur. Ut autem nostrum hoc factum siue hec nostra donatio a nullo heredum nostrorum siue successorum possit aliquatenus infirmari, ipsum pagina presenti cum sigillorum nostrorum appensione dignum duximus per-



henni confirmatione roborandum. Huius rei testes sunt: frater Anno, Henricus de Grobene, Albertus de Grobe, Bruno de Redinhefedorp, Gerardus de Sconeplet et alii quam plures. Datum Anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

X. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen dem Kloster Spandow sieben Hufen Landes in Dalgow, die Ritter Rudolph von Schneitlingen dem Kloster überlassen hat, am 20. November 1271.

In nomine l. e. i. tr. Amen. Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandeburgenses, omnibus in perpetuum salutem in domino. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in linguis testium uel scripture testimonio perhennari. Sciat ergo presentis et futuri temporis posteritas, quod cum Rodolphus, miles noster specialis, dictus de Snetglinghe, vnam filiarum suarum monasticam uitam absolute ducere cupientem in Zspandow monasterio sanctimonialium ordinis sancti benedicti obtulisset et eandem dictum monasterium pure propter deum nostrisque interuenientibus precibus ad suum conforcium recepisset, dictus miles septem mansos, quos tunc a nobis feudali iure tenebat, in uilla dalghe sitos, intuitu pietatis deputauit monasterio memorato, ne eidem dicte filie ingressus existeret honorosus, petens a nobis humiliter, ut tam pie uoluntati sue beniuolum preberemus effectum. Nos ergo eius precibus inclinati, dictos septem mansos cum omni iure proprietatemque eorundem contulimus et donauimus monasterio sepedicto perpetuo possidendos. Vt autem hec donatio per nos heredesque nostros in perpetuum inuiolabiliter obseruetur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Testes huius sunt: Frater Anno ordinis predicatorum, Henricus et Arnoldus milites dicti de grobene, Henricus de bredow, Albertus de Sneglinghe, castellani in Zspandow. Datum in Zspandow, anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXI<sup>o</sup>. Indict. III. Concurr. V. XII kal. Decembris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XI. Bischof Heinrich von Brandenburg vereignet dem Kloster Spandow acht Hufen Landes in Stafen, welche Graf Günzel von Schwerin von dem Bischofe und die von Döbberitz von dem Grafen zu Lehn getragen, letztere aber den Jungfrauen zu Spandow mit der Bedingung zugewandt haben, alle Kirchen zwei Meilen im Umkreise mit Wein und Oblaten zu versehen, am 26. März 1273.

In nomine domini Amen. Henricus, dei gratia Brandenburgensis Episcopus, uerfifis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Acta presentis temporis scripturarum solent testimonio confirmari, ut ordo et causa rei preterite posteris declaretur et



questio calumpniantium amputetur. Hinc est, quod nos, qui non solum pietatis opera debemus in aliis confouere, verum etiam de nostro, cum possimus, aliquid addere, ut fidelium karitas clarius eluceat, octo manfos in villa stakene cum omni iuris proprietate ad petitionem domini heinrici de dobriz militis et fratris sui Arnoldi damus ecclesie in spandowe conuentui dominarum ordinis sancti benedicti perpetue possidendos. Accedente consensu comitis Guncelini de Zwerin, qui predictam villam stakene a nobis tenet titulo feodali, a quo comite predictus dominus h. et frater suus ar. prefatos octo manfos hactenus in pheodo tenuerunt. Nunc autem nostro obtento consensu et nostri capituli et predicti comitis Zwerinensis pretaxatos octo manfos ordinauerunt ecclesie in spandowe hac conuentione et conditione adiecta, ut predicti conuentus persone, que pro tempore fuerint instituta uel etiam instituende, perpetue obligentur omnibus ecclesiis parrochialibus a se distantibus ad duo miliaria huius terre procurare uinum et oblatas cotidie ad diuinum officium habundanter, ut predictis uiris domino h. et suo fratri ar. hec elemosina proficiat ad salutem etiam anime patris ipsorum dicti heidenrici de dobriz militis et matris Juthe uocate ceterorumque progenitorum suorum animabus proficiat in requiem sempiternam. Ne uero contingat animas fidelium predictorum tanto beneficio in posterum defraudari, de consensu partium ordinamus, ut si predicta distributio uini et oblatarum a conuentu dominarum subtracta fuerit uel diminuta, extunc cuiuslibet heredi donatorum erit liberum repetere, quod datum est et etiam quod abinde tempore preterito est perceptum. Nos etiam iniungimus plebanis uolentibus beneficio hoc gaudere in remissionem peccaminum suorum, ut singulis diebus dominicis memoriam faciant predictorum fidelium donatorum. Ut autem hec donatio et conuentio stabilis perseveret, presentem litteram nostri sigilli munimine et nostri capituli prefate ecclesie et predictis uiris domino h. et ar. tradimus sigillatam Adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Petrus prepositus in Brandeburch, Johannes prior dictus Grubbo, Johannes dictus de Grobene, Theodericus prepositus in Colonia, Lodenicus viceprepositus eiusdem, Hildebrandus notarius, Adam prepositus Siendaliensis, Johannes plebanus noue ciuitatis Brandeburch, Johannes dictus de angermunde, clerici et alii quam plures. Datum in Brandeburch, Anno incarnationis domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXIII<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup> kal. Aprilis.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XII. Die Markgrafen Otto der Aeltere und Otto der Jüngere überlassen dem Kloster Spandow das Patronat der Kirche zu Bornim, am 28. September 1286.

In nomine s. e. i. tr. amen. Otto et Otto junior, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Ut ea, que geruntur in tempore, non simul cum tempore dilabantur, fragilis est enim hominum memoria: quicquid ergo apud homines perpetuam debet habere memoriam necesse est, ut litterarum autentica positione et idoneorum testium inscriptione robur accipiat perpetue firmitatis; Hinc est ergo, quod notum facimus uniuersis tam presentibus, quam etiam hiis, quos disponente domino natura in esse produxerit in futurum, quod ecclesiam parrochiam in villa Bornem cum omnibus suis attinenciis donamus ecclesie sancte Marie in spandow et functionialibus ibidem deo famulantibus perpetuo possidendam, incorporantes eandem, quantum in nobis

Hauptst. I. Bd. XI.



est, ecclesie supradicte et cedimus omni iuri patronatus, quod in eadem Ecclesia, videlicet in Bornem habuimus usque modo. Vt autem hec nostra donatio in perpetuum stabilis perseueret, presentem paginam inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione de certa nostra consciencia iussimus roborari. Testes quoque, qui huic nostre donationi presentes fuerunt, sunt hii: Vir venerabilis Dominus Bartoldus prepositus in Saltwedele, Dominus Geuehardus de aluenfleue, Dominus Hermannus de Carpefzowe, Dominus Johannes de velde, Dominus Otto de Winninge, Dominus albertus de Snetlinge et Dominus Henricus de Bredow et alii quam plurimi fide digni. Datum Berlin Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVI III kal. Octobris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XIII. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Spandow zwei ihm von Jacob von Fahrland zugewandte Hufen Landes in Mahlow, am 16. Februar 1287.

In Nomine domini amen. Cum in humanis dispositionibus nichil ad summe soliditatis culmen peruenire valeat, sed semper de hominum gestis quamuis rationabilibus, tamquam de naui, que sub ferenitatis tempore fluctibus est exposita, calumpniarum tempestates timeri oporteat, necesse est ea, que ex principum ordinatione pia processerunt circa suorum commoda subditorum, ne vetustate temporis obliuionum nebulis obsuscantur, renouacionis antidoto medicari, vt ipsa que vetera sunt vltu innouacionis assumpto iuuenescant et in agnicionis lucem se erigant clariorem. Hinc est, quod nos Otto, dei gracia Marchio brandenborgenfis, istius tenore pagine notum facimus uniuersis, tam presentibus, quam eciam hiiis, quos diuina gracia disponente natura in esse produxerit in futurum, quod moti affectu sincerissimo, quem habemus ad ordinem sanctimonialium in Spandow, ad honorem ipsius dei et gloriose virginis matris sue, duos mansos in villa Malow, quos discretus et honestus vir Jacobus, dictus de Vorlant, cum filia sua claustro, predicto in Spandow voluntarie cum omni vsu ac vtilitate tradidit et possedit vite sue diebus, pacifice et quiete eidem claustro et collegio sanctimonialium in Spandow donamus, cum libera et omnimoda proprietate perpetuo possidendos et sibi vtilis faciendos. In horum omnium protestacionem lucidam et certitudinem euiden-tem, ne quoque nostris heredibus in futurum aut aliis quibuscunque dubietas occasionem generet malignandi, et vt nostra donatio secundum quod superius est expressum perpetuo inuiolabilis perseueret; presentem paginam inde conscribi fecimus et de certa nostra consciencia iussimus roborari nostri sigilli appensione, testibus, qui presentes aderant, infra scriptis: Domino Johanne preposito in Berlin, domino arnoldo Weger militi in Spandow, domino alberto de Snetlinge, domino Hermanno de karpzow et aliis militibus fide dignis. Datum Spandow, Anno domini Millefimo ducentesimo octuagesimo septimo, in dominica qua cantatur Esto michi.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.



XIV. Heydenreich, Bischof von Brandenburg, bestätigt dem Kloster Spandow das Patronat und den Genuß der Pfarreinkünfte aus Bornim, am 5. Juni 1288.

In nomine I. et ind. trinitatis amen. Iniuriatur memorie frequenter obliuio. Longinquitate fit sepe temporis, vt res clara presentibus reddatur obscura futuris; quare aduersus obliuionis dispensium de scripture suffragio prouidit industria sapienter. Cum itaque rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que de roboris serie redactorum in ipsam neque minuit neque mutat; Nos heydenricus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, recognoscimus et tenore presentium in publicam volumus noticiam deuenire, tam presentibus quam futuris omnibus et singulis ipsarum auditoris continenciam seu visuris, quod cum Illustres principes domini Otto et Otto, fratres, Marchiones Brandenburgenses, jus patronatus ecclesie Bornem sanctimonialibus in Zpandow dederint et in eadem transtulerint pleno iure pro suarum remedio animarum, Nos eandem sanctimonialium inopiam intuentes, que die noctuque famulantur in sanctimonia ihesu cristo, De consensu capituli nostri predictam donacionem ratificamus, approbamus et in nomine domini confirmamus, volentes, vt dicte sanctimoniales prouentus dicte ecclesie in Bornem percipiant et ad eandem pertineant in suarum subsidium expensarum, eo tamen saluo, vt rectori dicte ecclesie tantum relinquatur, qui pro tempore fuerit, vnde sustentationem congruam habeat, hospitalitatem teneat, episcopalia iura persoluat. In cuius rei euidenciam certiore presentibus de certa nostra sciencia conscriptis sigillum nostrum duximus apponendum. Huius rei testes sunt Hermannus de Carpzowe, Wegerus de Zpandow, Thedolfus de plote, Heyfo de Netsem, milites, Hinricus dictus de Carpzowe et alii clerici et layci fide digni. Datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX VIII<sup>o</sup>. nonas Junii, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XV. Heynekin und Ludwig von der Gröben überlassen der heiligen Geist-Kirche zu Spandow vier Hufen Landes in Seegeselde und stiften damit ihre Gedächtnißfeier, am 24. Juni 1289.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Omnibus in perpetuum Auditoris presentes litteras et visuris Heyncekinus miles, dictus de grubene, salutem et noticiam subscriptorum. Inconuulsum obseruari debet a posteris atque ratum quidquid per discretos fuisse uidebitur canonice ordinatum. Hinc est, quod notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod ego una cum meo patruo Lodewico contuli Ecclesie sancti Spiritus in Spandow quatuor mansos adiacentes ville Segeuelde, quas dominus Johannes, Rector et prouisor dicte Ecclesie, a thidekino dicto bornewiz in usus eiusdem Ecclesie iuste ac legitime emptionis tytulo comparauit. Hanc autem collationem eternam statuimus sub hac forma, scilicet ut singulis diebus dominicis vigilie secundisque feriis missa pro defunctis pro memoria anime patris mei, cui fuit nomen heyenne, matrisque mee, cui nomen erat ysche, necnon fratrum meorum scilicet domino arnoldo et eius vxori So-



phie, Lodewico, Henningo, gotfrido, mei meeque vxoris aleydis et mei patroi Lodwici puerorumque meorum cum animabus omnium defunctorum fidelium attentius celebrentur. Jam dictus dominus hanc collationem obseruabit, donec a meo domino Inclito principi Ottone longo proprietatem dictorum manforum poterit impetrare. Testes huius facti sunt dominus heyne et dominus Nicolaus dicti de grobene, Dominus alluic, dominus gerhardus cognomine barbe, dominus ebel dictus sunitinc, dominus Johannes de bredowe, Heyneekinus filius domini heynnen de grobene. In huius collacionis testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. in die sancti Johannis baptiste.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XVI Der Probst Nicolaus in Spandow bezeugt, daß er die Einkünfte der Kirchen in Bornam und Golm empfängt, am 11. April 1289.

Reverendo domino suo et in Christo patri domino Johanni preposito, Conrado priori totique conventui ecclesie Brandenburgensis, Nicolaus prepositus et conventus dominarum in Spandow. Post cursum presentis laboris eternum bravium reportare. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod propter deum principaliter et favore speciali, quo nos dominus prepositus et conventus ecclesie Brandenburgensis profequitur, cenobio Spandowensi indulgit, ut possint reditus ecclesie de Bornam et Golm villis in cenobii necessarios usus converti ita quod ibidem vicarius statuatur, cui tantum relinquatur juxta consilium dyocelani ac archidiaconi, quod honeste valeat vivere et facere de ipsa ecclesia, que jure fuerint facienda. Preterea loco cathedralici presentabit domino preposito Brandenburgensi, qui pro tempore fuerit, in ecclesiis Bornam et Golm, singulis annis in summa synodo fertorem argenti Brandeb. monete et ejusdem ponderis, salva procuracione synodali, que preposito, ut prius, ibidem debetur. Ut autem hec predicta illesa et inconvulsa perpetuis temporibus permaneant, predicta omnia expresse conscribi fecimus et sigillis domini prepositi Nicolai et conventus fecimus communiri. Acta sunt hec in ecclesia Brandenburgensi et in summa synodo, presentibus hiis testibus, qui rogati istis omnibus interfuerunt: domino Thiderico preposito Lyzekenfi, domino preposito Bartoldo Stolpenfi, domino Brunone, plebano Berlinensi, domino Dengero, vicario nove civitatis Brandenburg, et aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis. Datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. in summa synodo, que fuit in die Leonis pape.

Nach dem Originale aus Hefsters Mittheilung.



XVII. Der Rath zu Spandow erklärt mit Zeugniß sämtlicher Rathsherren und Bürger der Stadt Teltow, daß der Pfarrer an der heil. Geist-Kirche zu Spandow dieser eine jährliche Getreidepacht überlassen habe, am 5. Dezember 1289.

In nomine sancte et individue trinitatis, vniuersis in perpetuum auditoris presentes litteras et visuris Consulium vniuersitas ciuitatis Spandow obsequium et noticiam subscriptorum. Quoniam omnia temporalia temporalem sequuntur motum, necesse est, vt que de sua natura sunt transitoria per scripta ad hominum memoriam reducantur. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod duo frusta siliginis, et duo brasii, que Dominus Johannes, olim Rector ecclesie Sancti Spiritus in Spandow, emit a Hechardo Sutore et Ottone dicto Gutergoz, in redditus perpetuos et eternos videlicet in molendino sito Teltow, quod Middelmolne vulgariter nuncupatur, qui Otto et Hechardus dictos redditus coram prefecto et scabinis jam nominato domino rationabiliter resignarunt; iam sepe nominatus sacerdos hos redditus pro testamento contulit nominate ecclesie sancti Spiritus in Spandow post suam mortem. Iusserendos perpetue sub hac forma, scilicet vt Singulis dominicis diebus vigilia et secundis feriis missa pro defunctis in remedium anime sue ac sui patris nomine Michael et matris, cuius fuit nomen Anna, et sui fratris, cui nomen fuit Heynric, cum omnibus sibi benefactoribus ac omnibus defunctis fidelibus in perpetuum peragatur. Etenim nouerint vniuersi, quod isti redditus sunt qui Cavent solent vulgariter nuncupari. De his redditibus prenominate ecclesia sancti Spiritus, uti cives Teltovensis, talliam suam dabit. Vt autem hec emptio ex parte vna et donatio dicti sacerdotis ex parte altera inconuulsa permaneat atque firma, iam sepe nominatus sacerdos sigillis vtriusque ciuitatis, Teltov videlicet et Spandow, procurauit presentem litteram communiri. Testes hujus sunt Arnoldus de Lichterfeld et Wedego dominus Janshagen: Hi duo tunc temporis preferunt officio prefecture; ac communitas scabinorum scilicet Heine de Lintov, Thomas de Lubeke, Henricus de Cepernik, Nicolaus de Witbryzen, Thomas de Dote, Petrus de Glieneke, Claus de Arneftenyne, ac consulum vniuersitas ciuitatis Teltov cum ciuibus vniuersis. Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. in Vigilia beati Nicolai pontificis et confessoris.

Nach dem Originale des Stadtarchives in Spandow aus Fideius Beiträgen IV, 4.

XVIII. Markgraf Otto vereignet mit Zustimmung seiner Söhne Otto und Albert der Stadt Spandow das von Heinrich von Bredow erkaufte Dorf Staken, am 13. September 1295.

Vniuersis praesentes litteras inspecturis, Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio, salutem et noticiam subscriptorum. Ne ea, quae geruntur in tempore per successum temporis extra hominum memoriam dilabantur, Expediit vt fragilis hominum memoria scripturae testimonio perheneretur. Noverint igitur tam posteris quam praesentes, quod nos de Consensu filiorum nostrorum Ottonis et Alberti, proprietatem villae Staken, sitae prope Spandow, dedimus et contulimus vniuersitati Civium in Spandow, ipsis et eorum haeredibus seu successoribus quibuscunque perpe-



tuo possidendam, cum omni jure possessionis et proprietatis, provt agri dictae villae circumscripti erant et limitati, quando dominus Henricus de Bredow dictam villam cum consensu liberorum suorum vendidit Burgenlibus antedictis, Ita quod dicti cives et eorum successeurs dictam villam ab omni exactionis genere, et a servitiis ordinariis et extraordinariis et aliis quibuscunque liberam, cum pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, vijs et invijs et alijs juribus quibuscunque, quae a nobis et a nostris provehuntur haeredibus, possideant in perpetuum libere et quiete. In cujus rei testimonium praesentes litteras dari jussimus sigilli nostri robore communitas. Testes vero hujus rei sunt Dominus Bernardus de Sztrele senior, Dominus Theodericus de Torgow, Dominus Sparro de Mittenwalde, Dominus Henricus Wefandus, Dominus Albertus de Snetelinge, Dominus Baldewinus Stormerus pincerna, Dominus Henricus et Dominus Nicolaus fratres dicti de Gröbene, Dominus Henzekinus de Gröbene Advocatus et Dominus Hermannus de Glinike, milites et alii quam plures fide digni. Datum Spandow per manum Alberti Notarii, dicti de Revelde, Anno Domini Millelmo Ducentesimo Nonagesimo quinto, in Vigilia Exaltationis Sanctae Crucis.

Nach dem alten Copialbuche No. 3.

XIX. Martgraf Hermann schenkt dem Kloster Spandow Zollhebungen aus Berlin gegen die Verpflichtung, das Gedächtniß seines Vaters und des Ritters Balduin Sturm jährlich zu feiern, auch alle Landpfarren auf der Heide mit Wein und Oblaten zu versorgen, am 8. Februar 1298.

Hermannus — Brandenb. Marchio — notum esse cupimus — Priorisse et Conuentui sive clastro sanctimonialium extra ciuitatem nostram Spandow in remedium anime Patris nostri felicis recordacionis atque honesti militis nostri Balduini dicti Stormeri anime, postquam de vite huius medio sublatus fuerit, duo talenta denariorum Brand. sive usualium et nouorum in nostro teloneo Berlin iuxta Coloniam damus possidenda nec volumus de predictis duobus talentis exsolvi precariam, exactiones aut servitia, que variis occasionibus vel etiam pro necessitatibus multociens exiguntur, sed gaudebunt, cum pro Elemosyna sint data et pro remedio animarum, Patris nostri scilicet predicti et Balduini Stormeri, perpetua libertate, ut ipsorum memorie sive anniuersaria in prefato conuentu annis singulis peragantur, Adiecto quod omnibus villarum Ecclesijs in merica ad conficiendum sacramentum altaris oblatas et vinum monasterium dictum sanctimonialium perpetuo ministrabit — Testes — Henricus de Aluenfleue, Johannes de Gattersleue, Bernardus de Plötzke, Balduinus Stormerus et Conradus Slucerus strenui nostri milites et dilecti ac alii quam plures milites et famuli fide digni. Actum et datum Spandow ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CCXC octauo, in die Dionysii eiusque sociorum.

Nach einer neuen Copie.



XX. Markgraf Hermann befiehlt seinen Vögten, Erziehungsgelder für Kinder, welche Bewohner seiner Lande dem Kloster Spandow schuldig bleiben, sogleich durch Auspfändung der Schuldner einzutreiben, am 4. Juli 1299.

In nomine sancte et ind. trinitatis amen. Ea, que geruntur in tempore, ne simul desuant cum lapsu temporis, confirmari solent litterarum apicibus uel populorum fulcimento. Hinc est, quod noscant tam presentes quam absentes, quod nos h., dei gracia brandenburgensis marchio querimoniam sanctimonialium et prepositi nostre ciuitatis Spandow recepimus in hunc modum: Quosdam nostre terre incolas, qui ipsorum pueros apud dictas dominas pro moralitate seu eruditione locant, expensas tempore veniente cum dampno aut dilatione magna soluunt. Cum enim iuris sit, expensas soluere ipso die et iuxta dictum euangelium non manebit opus mercennarii apud se usque mane; damus nostris officialibus seu aduocatis nichilominus firmiter in mandatis, quicumque nostro territorio inhabitans dictis dominabus siue preposito non satisfecerit tempore veniente, impignoracionem de nostra potestate se sciat statim sustinere. Vt autem predicta donatio firma maneat et incontracta, presentem paginam conscribi iussimus et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIX, sabbato infra octauam beatorum apostolorum petri et pauli.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Ann. Wenn Klöden in seinem *Waldemar I.*, 269 auf diese interessante Urkunde mit der Bemerkung hinweist, es sei gewiß sehr eigenthümlich, daß man damals Söhne in ein Nonnenkloster brachte, um sie Moral und Gelehrsamkeit erwerben zu lassen; so ist von dem geehrten Geschichtsforscher der Ausdruck *pueri* wohl zu sehr im classischen Sinne genommen. Es ist schon in den Abhandlungen der Königl. Akademie der Wissenschaften vom J. 1852 S. 557\* von mir bemerkt, daß nach mittelaltrem Sprachgebrauche unter *pueris* nicht ausschließlich Kinder männlichen Geschlechts zu verstehen sind, wie z. B. auch die heilige *Wilbirgis* bei *Pez Script. rer. Austr. II.*, 220 und eine gewisse *Elisabeth* in *Anonymi Viennensis breue chron. Austriacum ad a. 1407 und 1411* *puer* und *pueri* in ihrem Kindesalter genannt werden.

XXI. Markgraf Hermann und Bischof Volrad von Brandenburg vereignen dem Hospital des heil. Geistes zu Spandow die Kirche zu Wefenthal und acht Hufen in Groß-Glienicke, am 26. Februar 1300.

Hermannus, Dei gratia Brandenburgensis Marchio et Dominus de Henneberch, Vniuersis presentem litteram inspecturis salutem et notitiam subscriptorum. Ne oblivio mater erroris et magistra commodum honoris reipublice modo aliquo valeat perturbare, necesse est, acta hominum conscribere et ipsa litterali editione memorie commendare. Hinc est, quod omnibus presentem litteram visuris volumus esse notum, quod nos domui pauperum Sancti Spiritus ante oppidum nostrum Spandowe Ecclesiam in Wefendale ad nos jure hereditario pertinentem de consensu et voluntate reverendi in Christo patris Domini Volradi, Brandenburgensis Ecclesie Episcopi, damus, donamus et conferimus per presentes, ita quod omnes fructus, qui de eadem ecclesia provenire poterunt, alymentis pauperum ejusdem domus infervire debeant. Donavimus insuper et contulimus eis pauperibus duos choros filiginis et duos choros avene provenientes de octo mansis, quos Martinus, noster Camerarius dilectus, a nobis tenuit et possedit cum pro-



prietate dictorum manforum in villa, que major Glynecke nominatur, divine remunerationis intuitu ac reverendi patris nostri quondam Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, pie memorie, nec non Martini, Camerarii nostri predicti, presentium etiam actoris, ad memoriam conservandam proprietatis titulo eternaliter possidendos, ita tamen quod Rodolfus, prefate ecclesie Rector, nunc existens, dictam ecclesiam possideat temporibus vite sue, dictus etiam Martinus, Camerarius noster, bonorum suorum in Glynecke verus et iustus possessor remaneat libere et quiete. Et ut hec nostra donatio firma et incorrupta permaneat ac a nostris successoribus inviolabiliter observetur, presentem litteram in evidens testimonium — omnium predictorum — nostro una cum sigillo reverendi in Christo patris Domini Volradi supradicte ecclesie brandenburgensis Episcopi duximus muniendam.

Et nos Volradus, Dei gratia supradicte ecclesie brandenburgensis Episcopus, ob reverentiam Dei omnipotentis et gloriose virginis matris eius Marie et ad petitionem venerandi Principis Domini Hermanni prefati, donationem predictae ecclesie in Wefendale etiam ratificamus et approbamus et sigillum nostrum episcopale sigillo principis apposuimus ad presentes in evidens testimonium omnium predictorum. Testes huius rei sunt nobilis vir Dominus Hermanus de Barbey, Henricus de Alvensleve, Stormarus Baldewinus pincerna, Johannes Crusemark et quam plures alii fide digni. Datum et actum Spandowe, Anno domini millesimo trecentesimo, in crastino Sancti Mathie Apostoli.

Vgl. Dirschmann S. 133 Nr. 3.

XXII. Der Markgraf Hermann und sein Vasall Busso Gruelhot treten dem Kloster Spandow zum Besten des Krankenhauses das Patronat der Kirchen zu Dahlewiz und Kienig ab, am 24. Februar 1305.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Vniuersis cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hermannus, dei gracia Brandenburgensis marchio et Busso dictus gruelhot, eiusdem domini mei marchionis miles humilis, in perpetuam noticiam subscriptorum. Cum mater erroris sit obliuio, expedit ea, que geruntur ab hominibus et fiunt, poni in linguis testimonium aut scripturarum memorie commendari. Nos itaque uolentes uoluntatem nostram perpetuis temporibus inuiolatam obseruari, Notum esse cupimus tenore prefencium tam presentis temporis hominibus quam futuri, quod nos hermannus, marchio brandenburgensis predictus, iuri patronatus ecclesie in uilla dolwiz, et ego busso dictus gruelhot, miles prefatus, una cum consensu illustris principis domini mei marchionis hermanni antedicti, iuri patronatus ecclesie in uilla kyniz Brandenburgensis diocesis renunciauimus, singuli nos singulum ius patronatus dictarum ecclesiarum, uidelicet dolwiz et kyniz, donamus infirmarie ecclesie beate Marie uirginis sanctimonialium ordinis sancti benedicti in Spandow, diocesis Brandenburgensis, libere propter deum, Ita ut nec nobis nostris temporibus ad easdem ecclesias supradictas rectores eligere liceat et presentare, cum omnino iuri nostro cesserimus, quod nobis in eis competeat et nostris competere possit heredibus in futurum. Testes huius rei sunt: Dominus Bernardus de plozeic et dominus Lodewichus de wanzleue et Dominus Pezceke de loffowe et alii plures fide digni. Et ut hec nostre do-



naciones, quas in honore beate Marie fecimus, stabilis et inuolabilis in perpetuum perseuerent, presentem paginam super hiis confectam duximus sigillorum nostrorum patrociniis roborandam. Datum Spandow Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>., VI<sup>o</sup>. kalendis Marcii, in die beati Mathie apostoli.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XXIII. Markgraf Hermann tauscht dem heil. Geist-Hospital zu Spandow eine von Burchard von Irkesleben empfangene Getreide-Rente aus den Mühlen zu Berlin mit Hebungen in Teltow und Schönow ab, am 12. April 1306.

In nomine Domini Amen. Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio et dominus de Henneberg, Christi fidelibus — tam presentibus quam futuris etc. — Notum fieri volumus vniuersis, quod nos ob reuerenciam Dei omnipotentis sueque sanctissime genetricis Marie, propter nostrorum progenitorum peccaminum absolutionem et nostre anime ob salutem, hospitali sancti spiritus in Spandow, ad sustentationem pauperum degentium in eodem, quatuor choros siliginis minus sex modis in oppido Teltowe sitos et duos choros siliginis minus sex modis in villa Schonowe circa Teltowe sitos, in recompensam sex frustorum, que quondam Dominus Burchardus de Irkeslewe pro absolutione suorum peccaminum eidem hospitali donauit in molendino Berlin, assignando contulimus et dedimus eidem hospitali in Spandowe donatione libera proprietatis titulo perpetue possidendos, tradentes eidem in nostre donationis testimonium presentes nostras litteras sigilli nostri munimine roboratas, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Dominus Buffo Gruelhut, Dominus Palmedagh, Dominus Henricus de Brezich, frater Johannes magister molendini in Spandow, Hincekinus de Grobin et Dominus Hermannus de Nibede, necnon Dominus Bernardus de Crochern, tunc temporis officiales nostri, et alii quam plures fide digni. Datum Spandowe per manum Slotekini Notarii, anno domini millesimo trecentesimo sexto, feria tertia post Dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Aus dem Originale im Stadtarchive zu Spandow nach Hibicin's Beiträgen IV, 6.

XXIV. Markgraf Hermann bestätigt der Lazarus-Capelle zu Spandow die derselben von seinem Trugseß Buffo Gruwelhut geschenkten Hebungen aus Wustermark, am 13. Oktober 1307.

Ad rei geste memoriam sempiternam. Cum humani actus secundum temporum variaciones soleant variari et propter huiusmodi temporum mutaciones plerumque obliuione tollitur et abolitur, que mater erroris est et veritati vtique inimica, quod quamuis rite et racione preuia fuerit institutum, nisi scriptorum codicillis et testium subscriptionibus ad posteros deducatur. Inde est, quod Nos Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie et dominus de hinnenberg, tenore presencium publice recognoscimus et in vniuersorum et singulorum deuenire cupimus

Hauptst. I. Bd. XI.



noticiam, quod ob dei reuerenciam, principaliter ut quod pro eo premium diuine remunerationis in futuro seculo capiamus, dedimus et donauimus et per presentes damus et donamus, donacione libera proprietatem quatuor manforum in villa Wustermarke sitorum Capelle sancti Lazari in campo prope Spandowe site et pro percussis a deo recipiendis constructe, quorum quidem manforum annalis pensio et eorundem manforum inphedatio in dicte hospitalis usus per honestum virum dominum Buffonem Gruwelhut, nostre curie dapiferum, pie et rationabiliter est translata. Huiusmodi quoque proprietatem dicto hospitali dedimus perpetuis temporibus eatenus, quatenus nobis competeat, habendam et possidendam pacifice et quiete, et cum omni iure et utilitate, que proprietati ascribuntur. Ne autem huiusmodi factum nostrum ab aliquo hominum maxime heredum nostrorum nobis deficientibus irritetur, quod tam pie per nos noscitur instauratum, presentem litteram conscribi fecimus et sigilli nostri munimine de nostra certa sciencia et consensu expresso iussimus roborari. Presentibus ad hoc rogatis et vocatis, Buffone Gruwelhut, nostro dapifero prefato, wiperto dicto de Barby, hincekino de Gröbene, Bernardo de Crochere, militibus, Slothekino nostro Notario et Hermanno plebano de Euerswalde, necnon pluribus aliis fide et testimonio plurimum decoratis. Actum et datum Zpandowe anno domini Millesimo Trecentesimo VII, III Idus Octobris. Nos quoque Buffo, dictus Gruwelhut prefatus, recognoscimus omnibus et singulis, quorum audientie presenciam deferentur, quod dictos quatuor mansos sitos in villa Wustermarke soluentes annuatim quatuor choros filiginis, XXXII modios tritici, duos choros orde, quatuor modios pisorum et XXXV pullos, dedimus et presentibus donamus Capelle hospitalis sancti Lazari in campo prope zpandowe pro lepra percussis colligendis constructe perpetuis temporum decursibus libere et cum omni iure, quo nobis dicti mansi competeant, possidendos et habendos, quorum manforum fructus iam nominatos is, qui pro tempore Capelle dicti hospitalis Rector fuerit et prouisor, colliget et de hiis disponet, quod sibi pium videbitur et honestum. Renunciantes dictis mansis eorum iuri et utilitatibus quoad nos et heredes nostros, prout possibile fuerit atque iustum. Sperantes firmiter, ut pro munere temporali nobis eterna premia preparentur. Ut autem huiusmodi ordinacio nostra ob salutis perpetue meritum concepta et ob dei honorem et sancti Lazari reuerenciam instituta et celebrata a nullo hominum et maxime nostrorum heredum nobis non existentibus et de medio sublatis valeat infirmari, presentem cedulam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine firmiter roborari. Presentibus militibus et clericis et aliis satis dignis superius annotatis. Actum et datum anno et die prenotatis.

*Köden's Waldemar I, S. 426, 427.*

XXV. Der Rath zu Spandow befundet den von einem Bürger der Stadt an das Kloster Spandow vorgenommenen Verkauf einer Wiese, die er von allen bürgerlichen Lasten befreiet, am 21. Januar 1308.

In nomine s. e. i. tr. Uniuersitas consulum et scabinorum ciuitatis Spandow omnibus presens scriptum inspecturis notitiam subscriptorum. Quoniam priorum memoriam posteris difficile retinent, utili cautela procuratum est et necessarie conperit, ut super donationibus uel coemptionibus uel super aliqua libertate instrumenta conficiantur autentica, quibus cum oportunum fuerit



ueritas conprobetur et dubii questio dissoluatur. Ea propter ex harum inspectione litterarum notum esse uolumus omnibus presentibus quam futuris, quod Johannes, noster conciuus, Mundeke dictus, dilectis in cristo sororibus monasterii sancte marie uirginis apud Spandow, mediante domino alberto eiusdem loci preposito, nostra accedente uoluntate et consensu, uendidit pro decem et septem talentis brandenburgensium denariorum quoddam pratum vulgari lingua Wese dictum trans aquam retro pomerium iam dicti monasterii situm, ab oriente uersus occidentem habens in longitudine duo iugera minus nouem uirgis, que uirga wlgariter eyn rude dicitur, sed eius latitudo a dextris et a sinistris uero flumine uel fluxu aque terminatur. Hanc iam prefatam summam decem et septem talentorum profiteur integraliter esse solutam. Nos igitur predicti iohannis nostri conciuus uenditioni et suorum amicorum presentibus annuentes, eandem antedictam uenditionem gratam et ratam habentes, proprietatem supradicti prati a censu et ab omni iure secularis exactionis liberam contulimus et donauimus sepedictis dilectis in cristo sororibus iusto proprietatis titulo perpetuo possidendam. Renunciando omni iuri, quod in sepedicto prato habuimus et habere potuimus literas per presentes. Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant presentem paginam super his conscriptam sigilli nostre ciuitatis appensione duximus muniendam, fidele testimonium tam spiritualium quam secularium personarum adhibentes. Quorum nomina sunt hec: Dominus Johannes de Morzan plebanus in Staken, Dominus Nicolaus clancier plebanus in hyelegenfe, Dominus Hynricus plebanus in taldorp, Dominus arnoldus Weger plebanus in Lancwiz, Sacerdotes, et arnoldus bochow et Jacobus de Cremmene, Thidericus Gerberti et Hynricus Imerchow et paruus petrus et albertus faber, Johannes langerwisch, albertus lupus et iacob stolle, Thideke lantrider et Louweke et Johannes staken et plures alii fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, In die agnetis uirginis et martyris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XXVI. Markgraf Woldemar giebt dem Rathe und der Bürgerschaft zu Spandow die Erlaubniß, sich alle 3 Jahre neue Schöppen zu wählen, am 19. März 1309.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lufatie et de Landsberg Marchio, Vniuersis et singulis cum manifesta recognitione tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, nihilominus protestantes, Quod fidelibus ac discretis nostris consulibus uniuersisque civibus in Spandow, talem libertatem donauimus presentibus et donamus, quod quibuslibet tribus annis elapsis et completis, novos Scabinos ex proprio eorum arbitrio eligere possunt unanimi et consensu. In cuius rei testimonium presentem dedimus paginam nostri sigilli munimine firmiter roboratam, presentibus testibus Domino Bernhardo de Ploszik, Frederico de Alvensleue, Droisekone et Buffone Gruwelhut militibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Spandow, Anno Domini millesimo trecentesimo nono, feria quarta ante Dominicam Palmarum.

Dilschmann's Geschichte Seite 134 Nr. 4.



XXVII. Markgraf Woldemar bestätigt dem Kloster Spandow eine demselben von  
Pezke von Loffow geschenkte Hebung an Heering aus dem Zolle zu Cüstrin,  
am 5. Dezember 1309.

In nomine sancte et individue trinitatis, Amen. Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesbergh Marchio tutorque illustris Johannis Marchionis Brandenburgensis, Omnibus presencium auditoris continenciam seu visuris noticiam subscriptorum. Cum teneamur ex debito religiosos quosque ad serviendum domino quatenus in nobis est promouere, notum facimus presentibus tam presentibus quam futuris, quod miles noster strenuus et honestus Pyzke de Loffow ecclesie Sanctimonialium in Spandow pure propter deum et ad salutem animarum sue videlicet et progenitorum suorum dedit et assignauit terciam partem vnius summe allecis, que vulgariter Last dicitur, in theoloneo Custryn annis singulis attollendam. Nos quoque cupientes dicte elemosine fieri paticipes, eiusdem Pyzkonis precibus inclinati, ad laudem eiusdem dei omnipotentis eiusque sancte genetricis et virginis marie, ad salutem quoque animarum nostre et progenitorum nostrorum ac successorum, proprietatem dicte tercie partis Last, eidem ecclesie dedimus et damus presentibus iusto proprietatis titulo perpetuo possidendam. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes quoque huius sunt, nobiles viri Burchardus et Vlricus comites de Lyndow, Bernardus de plozk, Henningus de Blankenborch et henningus de Benz et plures alii fide dignis. Actum et datum Lieuenwolde anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. nono. Vigilia beati Nicolai Episcopi et confessoris.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

XXVIII. Der Domprobst Johann und das Capitel zu Brandenburg genehmigen die Bedingungen,  
unter denen das Kloster Spandow einen Vicar für die Pfarre zu Bornim anstellt,  
am 16. Mai 1314.

Nos Johannes, dei gracia Brandeburgensis Ecclesie Prepositus Totumque Capitulum eiusdem Recognoscimus, quemadmodum vidimus in litteris venerabilis patris domini nostri friderici Episcopi Ecclesie nostre predictae, protestari publice per presentes et ad omnium, quorum interest vel interesse poterit noticiam volumus peruenire, Quod nos ad presentationem dilectorum nobis in cristo Alberti prepositi, Gertrudis priorisse Totiusque conuentus Sanctimonialium in Spandow ac de communi consensu ipsorum Johannem de Sarnow instituimus perpetuum vicarium in Ecclesia in villa Bornem, que ad mensam conuentus predicti dinoscitur pertinere, assignato eidem, sicut iuris est, tantum de eiusdem Ecclesie prouentibus, ut congruam habere valeat sustentacionem, procuraciones et Episcopalia iura persoluere et alia honora eidem Ecclesie incumbencia supportare, Nichilominus tamen conuentui memorato duodecim talentis communis monete Brand. de predictis ecclesie in Bornem prouentibus reseruatis et annis singulis, quibus predictus dominus Johannes dictam possederit Ecclesiam in quatuor anni terminis persoluendis,



ita quod in festo Natiuitatis domini tria talenta, in festo pasche totidem, in festo sancti Johannis Baptiste totidem et in festo Beati Michaelis totidem perfoluantur, Protestamur etiam per presentes omnia prefati Johannis sacerdotis bona, que ad predictam tulit et vexit ecclesiam, illis dumtaxat bonis exceptis, quibus ob honorem dei suorumque peccaminum remissionem dotem eiusdem edificauit et emendauit, cum fuerit sua hereditas paterna et omnia post modum per laboricium suum et prouidenciam conquirenda sub sua esse libera potestate et nisi secundum sancti spiritus fluxum aliquid ex eis ipsis vel aliis erogauerit propter deum, ad heredes et amicos suos esse iure hereditario deuoluenta. Volumus eciam, quod predicta ecclesia in Bornem non sit ad maiorem summam sed ad triginta frusta, sicut fuit ab antiquis temporibus registrata, ut eo commodius et decentius premissa honora valeat supportare. In cuius rei euidentiam et testimonium nostrum sigillum cum sigillo nostri capituli presentibus duximus apponendum. Actum et datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>. in die ascensionis domini.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XXIX. Markgraf Johann befreiet zum Seelenheil seiner Eltern 9 Hufen Landes in Beyersdorf, welche Heino und Lorenz Große dem Kloster Spandow verkauft, von allen öffentlichen Abgaben, am 10. Februar 1317.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, omnibus christi fidelibus presencium auditoris continenciam seu uisuris, salutem et perpetuam noticiam subscriptorum. Sincerus ille deuocionis affectus, quem pre aliis religiosis ad deuotas in christo sanctimoniales in Spandowe specialiter gerimus, nos allicit et compellit, ut cristum in ipsis et eas in cristo se loco et tempore offerente, singulariter honoremus. Et ecce proprietatem nouem mansorum cum dimidio in villa Beygerstorp sitorum, quos agros erga heynonem et laurencium, fratres, dictos magnos, honorabilis vir dominus iohannes prepositus et dicte sanctimoniales suis denariis comparauerunt, Quibus et altare corporis cristi in choro monasterii ad sinistram positum dotauerunt, ab omni onere precarie, contribucionis, exactionis, vexationis, cuiuscunque nominis censeatur, et ab omni seruicio carruum et alio communi ac priuato exenimus et eximimus per presentes, nichil iuris in eis nobis vel nostris successoribus referuantes. Sed dicti nouem mansi cum dimidio ad dictum altare corporis cristi iusto proprietatis titulo libere perpetuo permanebunt. Dicti quoque dominus iohannes prepositus et eius successores, qui pro tempore fuerint, et sanctimoniales memoriam progenitorum et successorum nostrorum et precipue nostri et magnifici principis Domini Hermanni, patris nostri clare memorie, et domine Anne, inclite matris nostre, agent cottidie in uita pariter et in morte. Testes huius sunt: Nobilis vir Dominus henricus comes de luchow, Hinricus de Aluensleue, Slotheco noster dapifer, Zabellus eius frater, Buffo Gruwelhudt, cristanus de Gerhardstorp, Hinricus Scenko de Schenkendorp, Henningus de vorlandt et Buffo de Mylow milites, Dominus iohannes plebanus in gorlyz et eghardus de Bardeleue cum pluribus aliis fide dignis. Datum Spandowe, sub sigillo nostro publico. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. septimo decimo, Die beate Scolastice Virginis.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.



XXX. Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Spandow zum Seelenheil der Markgrafen Hermann und Johann zehn Hufen Landes in Willmersdorf und eine Hebung aus dem Städtchen Beyerisdorf, am 12. April 1317.

In nomine domini amen. Licet actus humani multa et exacta diligentia peragantur, per obliuionem tamen de libro tolluntur memorie, si non scripture sagacitas ipsos in esse perpetuum recondiat et conseruet. Inde ergo est. Quod Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufacie marchio, tenore presentium ad vniuersorum tam presentium quam futurorum hominum noticiam cupimus publice peruenire, Quod in salutare remedium animarum, videlicet Illustrium dominorum Hermanni et Johannis Marchionum de brandenburg, quondam nostrorum patruorum clare recordationis et nostre, dedimus donatione liberali et sollempni deuotis in domino personis Priorisse et conuentui sanctimonialium in claustro Spandowe domino famulantium decem mansos cum omnibus suis pertinentiis sitos in villa Willemstorppe cum omni iure, exemptos ab omni precaria et seruicio personali et reali et ab onere quocunque cum omnibus agris cultis seu colendis, cum lignis, pascuis, pratis et aliis quibuscunque ad ipsos mansos spectantibus, licet etiam foret de ipsis facienda mentio specialis, iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos. Dedimus insuper et donamus eidem simili proprietatis titulo vnum talentum denariorum Brandenburgensium in opido Beyerstorppe annis singulis sine prohibitione aliqua percipiendum. Renunciantes sollempniter et expresse predictis decem mansis et talento ac omni Juri quoad proprietatem et possessionem, si quod etiam nobis uel nostris successoribus posset futuris competere temporibus, litteras per presentes, Nolentes hec de cetero tamquam deo semel dicata in vsus retrahi temporales. Et ne de hac nostra liberali largitione aliquod futuris temporibus dubium exurgat, hanc litteram inde conscribi fecimus, sigilli nostri robore perpetuo consignatam. Testes vero sunt: Illustris domina Anna ducissa Wratislauenensis nostra mater dilecta, Sloteko nostre curie Dapifer, fritso de aluensleue, Cristianus de gherardstorppe, petso de Loffowe, Johannes de Crochere, nostri milites, Euerardus Stolpensis, Segerus Stendalgenensis et Thidemannus Grandzogenensis prepositi, Johannes plebanus de Gorlitia, Hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in nostra prefencia Euerfwalde, Anno domini Millesimo Trecentesimo septimo decimo, feria Tercia post Dominicam Quasi modo geniti.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

XXXI. Der Markgraf Woldemar gründet eine Capelle im Schlosse Spandow und dotirt dieselbe mit Hebungen aus Biesenthal, am 12. April 1317.

In nomine domini. Amen. Oblivio mater negligentie, que destruit et dirimit memoriam, que milliarium virtutum est domina, profert et reformat. Ad memoriam igitur subnotate rei sempiternam. Nos Woldemarus, dei gratia Brandeb. et Lufatie marchio, presentium significatione litterarum uniuersis dei fidelibus volumus esse notum, quod ad honorem dei omnipotentis et ipsius matris sanctissime et ad specialem collaudationem beatorum Dyonisii sanctorumque ejusdem



confessorum dotauimus et per presentes litteras dotamus altare in honorem beatorum Dyonisii sanctorumque ejusdem premiorum in capella castri Spandow situm, cum quinque choris filiginis in pachtu manorum et tribus talentis Brandenb. denariorum in opido Bysdal jacentibus in pachtu et in censu arearum, ut premititur, tollendis perpetuo tempore et proprietate sempiterna, nichilominus devota mente pretactos choros et arearum censum omni excluso seruitio et aliis exactionibus omnibus apponentes ad predictum altare permanuros per infinita mundi tempora. Omnium jurium, que nobis in premillis pachtu aut censu competunt aut nobis et nostris successoribus competere possent in futuro abrenunciationem facimus per presentes latam et expressam. Presentis altaris dotatio et reddituum donatio ut per omnia tempora maneat inconuulsa, et ut nostri et progenitorum nostrorum missarum orationibus memoria benedicatur eterna, presentem litteram nostro pendenti sigillo dedimus communitam presentibus testibus Frederico, Henrico de Alvensleue, Henrico de Schenkendorpp et Johanne de Crocheren, militibus nostris, cum domino Everhardo, preposito Stolpenfi, et aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Everswolde anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. decimo septimo, feria tertia post dominicam Quasimodogeniti.

Nach dem Originale im Dom-Archive zu Brandenburg, aus Hefsters Abschrift.

XXXII. Markgraf Woldemar sichert den Bürgern der Stadt Spandow den ausschließlichen Gerichtsstand vor dem Stadtschulzen zu, am 20. Juni 1317.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, in hiis scriptis recognoscimus et ad vniuersorum Christi fidelium publicam noticiam volumus pervenire, quod fideles cives nostros Civitatis Spandowe praesentes et posteros in omnibus ipsorum juribus et proprietatibus, quibus hactenus gavili sunt, illaefos perpetuo volumus conservare. Non debent etiam praedictae civitatis cives praesentes et futuri extra civitatem ad aliquod trahi provinciale iudicium, sed si aliqui aut aliquis aliquem praedictorum civium convenire decreverint, volumus, vt id coram saepe dictae civitatis Sculteto faciat, id quod juris ordo declaraverit recepturus. Et in praemissorum omnium evidentiam praesentem litteram ipsis dari iussimus et nostri sigilli munimine communiri. Datum in praedicta civitate, Anno Domini Millesimo Tricentesimo Septimo decimo, feria secunda ante festum Beati Johannis Baptistae proxima, praesentibus testibus nostris fidelibus Gunthéro Comite nobili de Keverenborg, Bodone de Ilborg, Henrico Schenkone de Schenkendorpp, Slotekino et Zabello, Fratibus, de Ghorpa, Henrico de werben, militibus, Thidemanno et Nicolao in Grantzdooy et Snakenborg praepositis, nostris Cappellanis dilectis et alijs quam pluribus fidei testimonio decoratis etc. 1317.

Nach dem alten Spandower Copialbuche No. 4. Ein Abdruck dieser Urkunde in Ditschmann's Geschichte hat für Henrico de werben „Henningo de werben“ und für Grantzdooy „Gramzdorp“. Thidemann hieß jedoch der damalige Preyst zu Gransee (Grantzoyensis), der ohne Zweifel gemeint ist.



XXXIII. Markgraf Woldemar überläßt dem Kloster zu Spandow das Eigenthum am Fischzoll zu Berlin und Köln, am 23. Juni 1318.

In nomine domini Amen. Ea que in tempore sunt, nisi scripture roborentur testimonio, ab hominum memoria desluunt temporis elapsu. Hinc ergo est, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, recognoscimus et in noticiam publicam per presentes literas deducimus presentibus hominibus et futuris, quod bona et plena deliberacione prehabita dedimus et solemni donacione donamus deo dicatis virginibus in clastro Spandowe domino famulantibus, presentibus et futuris, proprietatem plenam et omnimodam thelonei piscium, tam in Berlin quam in Colonia, quod theloneum cum vniuersis fructibus discretus vir Thilo de Hamel in dictas virgines transtulit expedite, volentes vt ipse virgines dictum theloneum possideant et tollant de omni genere piscium, exceptis allecibus, cum pleno fructu, vtilitate et commodo atque iure et adeo libere, quod ad nullas prestationes de ipso theloneo teneantur. Possunt quoque dicte virgines fructus huius sui thelonei per prepositum tollere, conseruatore vel ipsum theloneum alii locare cum libertate omnimoda atque plena. Renunciamus igitur dicto theloneo et eius fructibus nec non iuribus omnibus, que nobis aut nostris heredibus possent competere ex causa quacumque, tam quoad proprietatem quam quoad possessionem predicti thelonei et fructuum eiusdem solempniter in hiis scriptis. Proinde dictus Thilo nobis dedit et persoluit centum et octoginta marcas argenti Brandenburgensis complete, de quibus dicimus per presentes literas ipsum quitum. Testes huius nostri contractus sunt: Conradus de Redere, Henninghus de Blankenborch, Droyfeko dapifer, Henricus de Schenkendorp, Sloteko, Ebel de Clepyz, Petrus de Pomerania, Redko de Redere, noster marscalcus, Matthias de Bredowe, milites Henricus, ecclesie Stendaliensis decanus quondam, Euerardus in Stolpe prepositus et Hermannus de Luchowe, nostre curie capellani, cum aliis fide dignis. Et ne de hoc facto nostro rite celebrato aliqua dubietas pullulet in futurum, hanc litteram inde iussimus confici, et sigilli nostri robore firmiter communiri. Actum et datum in Breden, in nostra et dictorum in testimonium ad hoc vocatorum presencia, anno domini Millesimo trecentesimo decimo octauo, vigilia sancti Johannis Baptiste.

Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung. — Hildici's Beiträge IV, 10. 11.

XXXIV. Markgraf Woldemar überläßt dem Kaland zu Spandow und auf der Heide Gebungen aus dem dortigen Kiege, am 28. Mai 1319.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, tenore presencium publice profiteamur, Quod propter deum, salutem quoque animarum nostre ac nostrorum progenitorum dedimus ac donacione sollempni donamus, deuotis confraternitati ac fratribus Kalendarum de Spandowe et de merica presentibus et futuris duo talenta in vico ibidem denariorum brandenburg. similiter in annuis redditibus perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo possidenda. Renunciantes omni iuri, quod nobis aut nostris successoribus



posset in futuro competere ex causa quacumque pro hac nostra donacione per dictos fratres nobis est pro nostro libito satisfactum. Testes fuerunt presentes: Reuerendus pater dominus Henricus ecclesie Hauelbergenfis Episcopus, Nobilis vir dominus guntherus Comes de Keuerenberg, Droyfeco, Mathias de bredowe noster aduocatus et milites, Euerardus prepositus Berlinenfis, Nicolaus prepositus Bernowenfis et Hermannus de Luchowe, nostre curie capellani, cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniti fecimus presens scriptum. Actum et datum Spandowe, Anno domini Millefimo CCC<sup>o</sup>. decimo nono, feria secunda in festis penthecostes.

Röden's Waldbemar II, S. 519—520.

XXXV. Herzog Rudolph von Sachsen und die Markgräfin Agnes verschreiben der Stadt Spandow besondere Rechte in Beziehung auf die Rechtspflege, den Erwerb und Besitz von Lehngütern, die Ausfuhr von Getreide, die Münze und den Gewerbs-Betrieb, am 30. September 1319.

Rudolphus, Dei Gratia Dux Saxoniae, Anghariae, westphaliae, comes in Bren, Purgravius in Magdeburg Tutorque inclitae principis dominae Agnetis, Marchioniffae Brandenburgensis, Nec non Agnes, eadem gratia Marchioniffa in Brandeburch, vniuersis et singulis Christi fidelibus, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem in domino sempiternam. Noverint igitur praesentes et sciant posteri, quod de maturo nostrorum Discretorum consilio, de bona deliberatione adhibita, fidei nostrae civitati Spandowe Vniuersa et singula jura et omnes libertates, quas dicta Civitas Spandow sub incliti quondam principis Marchionis Ottonis dicti Longi divae recordationis temporibus habuit, damus et donamus pariter et approbando confirmamus, provt in instrumentis super eo confectis Lucidius continetur. Statuimus et ordinamus praecise volentes quod dictae civitatis Cives coram suo praefecto, Vniuersis et singulis hominibus ipsos cives inculpare seu impetere pro debitis sive excessibus in ipso iudicio commissis volentibus debent solummodo et non coram iudice alieno respondere et quod praefectus Civitatis jam dictae omnes potest et debet iudicare excessus, qui in suo iudicio existunt perpetrati, et jam dictis civibus a nostris militibus et Vafallis, quos impetere nituntur vel intendunt, in nostra Curia iudicium reale et personale, quotiescunque necesse fuerit, debemus ordinare taliter, quod nostri juris beneficium ipsis civibus omnimode suffragetur: ac praedictae Civitatis Consules et Scabini omnes iudicent excessus in eorum iudicio perpetratos, secundum quod se noverint facere aequitatem. Insuper volumus et statuimus discrete, quod praehibitae Civitatis cives ab ipsorum dominis, cujuscunque conditionis existant, a quibus dinoscuntur bona sua habere feudalia, et ipsorum haeredes legitimi, ad quos ipsa bona feudalia a suis progenitoribus devolvi possunt, absque omni conditione infeudentur bonis suis, dummodo de quolibet frusto tres fertones argenti Brandebürgensis tribuant expedite, et dictis gaudebunt bonis atque frui debent libere, vtpote ipsorum domini et progenitores dictorum civium ipsa bona prius habuerunt. Et quaecunque deinceps bona feudalia praedicti cives suis comparaverint denariis ab aliquo, quocunque nomine censeatur, eo debent praedicta possidere bona quo jure ille, a quo emerant, ipsa bona possidebat. Praeterea volumus statuendo, quod dicti cives nobis interim, quod suam

Sauptsh. I. Bb. XI.



construant civitatem et fortificant muro, nomine precariae et Contributionis debent nihil erogare, nec ad aliqua cogi debent seu trahi obsequia tanquam milites et Vasalli, sed ab ipso magis servitutis iugo absoluti esse debent simpliciter et immunes. Volumus etiam quod pauperes Civitatis cives eiusdem cum suo frumento non minus quam divites tempore suo, cum decreverint, Civitatem Hamburg ac reliquas civitates frequentent navigando, nec aliquis miles aut Vasallus debet vti mercimonijs emendo vel vendendo palam tanquam Civis aut occulte. Caeterum volumus quod monetarii fabricent sive eudent talis valoris Denarios, quod viginti et octo solidi cum quatuor denarijs in pondere facient vnam marcam, et in examine permaneant puri denarii vno lotone amputato et persistant. Et iidem Monetarii vnum solidum novorum Denariorum pro sedecim Denarijs antiquis ministrabunt. Nec non ipsi monetarii et Thelonarii de quaestionibus et impetitionibus in eorum proprijs causis objectis et objiendis coram praefecto civitatis praedictae respondebunt. Nullus etiam Villanus in rure residens faciet Brazium nisi ad proprium suum usum. Statuimus etiam, quod nullus hominum Equos aut pecora praedictorum arretet civium sive impignoret in rure locata pro censu suo annuo, quem ipse Villanus debito tempore non persolvit, Atque omnia Thelonia injusta et ducatus indebiti debent destrui simpliciter et deponi. Praeterea volumus quod nullus Judaeus civitatis saepedictae recipiat indebitam usuram, sed eam quae est ab antiquis approbata rationabilis, nec eligat graves denarios a levibus nec aliquos novos denarios faciet sive cadet. Quicumque vero fecus fecerit, etiam si Christianus sit, debet pro falsario simpliciter reputari. In omnium praemissorum evidentiam et testimonium nostra sigilla praesentibus sunt appensa. Testes harum donationum, Confirmationum ac statutorum praedictorum sunt Hermannus de Wederde, Bernardus de Nygrop, Fridericus de Aluensleue, Geuehardus de Aluensleve, Otto de Slywen, Svydengher de Rechenberg, Henning de Vorlant, Hermannus de Nebedde, Conradus Vogelsack, Rule de Dryfule, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Berlin, Anno Domini millesimo Trecentesimo Nono decimo, sequenti die Michaelis.

Nach dem alten Spandower Copialbuche Nr. 5.

XXXVI. Herzog Rudolph von Sachsen vereignet dem Kloster Spandow den diesem von Heinrich von Rychow zugewandten See Glyneke, am 11. März 1320.

In nomine domini Amen. Rudolfus, dei gracia Dux Saxonie, Angharie, Westphalie, comes in Bren ac Burchgravius in Meygdeburch, universis et singulis crisi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentes litteras visuris, salutem in domino sempiternam. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum temporis lapsu, expedit ut scripturarum testimonio perhennentur. Nouerint igitur presentes et sciant posteri, quod ob omnipotentis dei reuerenciam et eius matris marie virginis gloriose, claustro sanctimonialium in Spandowe, ad strenui militis Henrici dicti de Rychowe deuotam instanciam cum predicti Henrici filia Elizabet dicta quoddam stagnum Glyneke dictum ac proprietatem dicti stagni damus et donamus, cum omni iure et vtilitate perpetuo possidendam. Vt autem hec nostra donacio, que ex mera processit nostra voluntate, a nostris non infringatur successoribus et nulli de ea dubium oriatur aliquod, presentes litteras conscribi iussimus et munimine



nostri sigilli duximus firmiter roborandas. Testes huius donacionis sunt: dominus Nicolaus prepositus in Bernowe, fridericus de Alvensleue, Otto et Henricus Pincerne de scheynckendorpp, Johannes de Glyndenberch, Buffo de Mylowe, Hermannus de Nebedde, milites nostri, Thydericus noster prothonotarius et quam plures alii, quorum fides nullatenus est neganda. Datum Spandowe anno Domini Millesimo Tricentesimo Vicelimo, Tercia feria post dominicam letare.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XXXVII. Rudolph, Herzog von Sachsen, bestätigt der Stadt Spandow ihre Rechte und Grenzen, am 13. August 1320.

In nomine Domini Amen. Rudolphus, Dei gracia Dux Saxonie, Angharie, Westphalie, comes in Brene, nec non Puregravius in Magdeburgh, Omnibus Christi fidelibus presentes litteras visuris seu auditoris Salutem in Domino sempiternam. Ad rei geste memoriam sempiternam, que per oblivionem ab hominum eliduntur memoria, solent per scripture suffragia in lucem ut ab omnibus videantur revocari. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod fideles nostros cives civitatis nostre Spandowe presentes et posteros in omnibus ipsorum iuribus ac proprietatibus, quibus hactenus gavisi sunt, illesos perpetuo volumus observare, ac predictae civitatis etiam cives presentes et futuri nequaquam debent extra civitatem ad aliquod trahi provinciale iudicium, sed si aliqui aut aliquis predictorum aliquem civium convenire in iudicio decreverint vel decreverit, statuimus firmiter et volumus, ut coram sepedicte civitatis prefecto aut sculteto respondeat, et faciat id, quod dictaverit ordo, id ipsum recepturus. Insuper quam subito telonium premisse nostre civitatis Spandowe a civibus in Berlin absolvetur, villa, que dicitur Stacken et inhabitatores ville ejusdem presentes et futuri ab omni telonio volumus ut esse debeant liberi et immunes. Statuentes etiam, quod omnes cives predictae civitatis Spandowe, qui sunt muro et plancis circumducti seu vallati, sub dicte civitatis jure, vigiliis et contributionibus nec non aliis consuetudinibus debent residere, excepto molendino et curia molendini et aggere infra castrum et civitatem, que nostris iuribus volumus subjacere. Insuper eidem civitati ex nostre gracie plenitudine indulgemus donando, ejusdem civitatis terminos distinguimus ita, versus orientem usque ad fluvium, qui Crowel dicitur, versus meridiem usque ad stagnum, quod Scarpelanke vocatur, versus occidentem usque ad fossam argille, versus septentrionem autem usque ad falicem et ad pontem qui Blockbrücke dicitur et usque ad silvam Staritz et usque ad montem Babe et usque ad fluvium predictum, qui dicitur Crowel, quos terminos sic distinctos precipimus firmiter ab omnibus observari. Namque excessus infra istas distinctiones commissos, prefectus dicte civitatis potest et debet iudicare cum civibus supradictis. In omnium predictorum testimonium evidens nostram sigillum presentibus est appensum. Testes harum rerum sunt Dominus Nicolaus prepositus Bernowensis, Fridericus et Albertus Domini de Alvenslebe, Henricus de Koekeritz, Thidericus Greptitz, Thidike de Rebeke, Hermannus de Nebedde, Hermannus de Wederde, milites, Henike et Conradus fratres dicti Mosolff et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe anno Domini 1320, Idibus Augusti.

Dilshmann's Geschichte Seite 186 Nr. 7.



XXXVIII. Albert Gruelhut resignirt für sich und seinen Bruder Buffo Gruelhut dem Herzoge Rudolph von Sachsen das Patronat über den St. Jürgen-Altar bei Spandow, am 31. Mai 1322,

mit einer zustimmenden Erklärung des Buffo Gruelhut, vom 19. Januar 1332.

Nouerint vniuersi prefencia visuri seu auditori, Quod Ego Albertus, dictus Gruelhut, nomine meo et nomine fratris mei Buffonis, Resignauit manualiter et prefencialiter Illustri principi Domino meo Rudolfo, Duci Saxonie et presentibus resigno omne ius patronatus altaris sancti Georgii siti Spandow extra muros ac idem Dominus meus Dux dictum ius patronatus immediate transtulit in fratres kalendarum de merica Spandow, eis cum omni iure, fructu ac vtilitate simpliciter ac pure propter deum conferendo. Protector eciam littera in presenti, quod quam primum frater meus Buffo ad etatem legitimam peruenerit, extunc in continenti et sine omni fraude debeo ordinare, quod idem frater meus sepe dictus ius patronatus dicti altari predictis fratribus pro remedio et salute omnium parentum suorum et meorum resignabit, nec resignacionem, quam ego ex parte sua feci, Dominis sepe dictis vmquam reclamabit, sed gratam, ratam et firmam habebit eandem, pro quo ego me obligo dictis fratribus kalendarum per hoc publicum instrumentum. Testes huius rei sunt: Dominus Thilemannus prepositus in broten, Dominus Johannes prepositus in Spandow, Dominus Hermannus et Conradus de Nybede, Dominus Johannes de Zanis, Dominus Brofekinus pincerna, arnoldus et Otto de Bredow, Bethkinus de Zackorn et alii quam plures fide digni. Datum Spandow anno domini M. CCC°. XXII°, feria secunda in festo Pentecostes. Et Ego Buffo Gruelhut antedictus, nunc legitime etatis existens, omnia supra dicta per meum fratrem ex parte mea promissa et facta teneo et tenebo firma et rata perpetue prefens scriptum cum appensione sigilli muniendo, sub anno domini MCCCXXXII, sabato in die Geroneii pape et martiris.

Röden's Waldemar II, S. 522.

XXXIX. Herzog Rudolph von Sachsen erläßt zur Befestigung der Stadt Spandow dieser den Juden zins auf 2 Jahre, am 1. Mai 1324.

Wir Rudolphus, von Gots Gnaden zu Sachsen, Engern, Westphalen Hertzogk, Grave zu Brenn, Burggrave zu Magdeburgk vnd des heil. Röm. Reichs Erzmarchalk, thun kund vnd zu wissen allen vnd jedermenniglichen dieses Briefes ansichtigern, das wir den vorsichtigen vnd weisen Burgermeistern vnd Rathmannen vnser Stadt Spandow, vnsern lieben getreuen, haben nachgelassen vnd lassen Inen nach gegenwertiglich vnsern jerlichen Zins vnd schatzunge vnserer Juden in Spandow, welchen sie vns pflegen zu geben, Also das sie denselbigen sollen empfangen von dieser Begnadigung an, bis vf zwei Jar nacheinander zu rechnen, darumb das sie solchen Zins sollen oder mugen gebrauchen Zu Bevestigung vnserer Stadt, In welches Gezeugnis wir Inen diesen Brief mit vnsern anhangenden Siegel bekrestigen lassen. Geben zu Spandow, im Jahr MCCCXXIII am Tage Walburgis Virginis.

Disschmann's Geschichte Seite 136 Nr. 8 mit der Jahreszahl 1324.



**XL.** Rudolph, Herzog von Sachsen überläßt dem Kaland der Heide zu Spandow das Patronat über den St. Jürgen-Altar bei Spandow, am 31. Mai 1322.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, expedit ea sub lingua testium ac scripturarum memorie perhennari. Nos igitur Rudolfus, dei gracia Dux Saxonie, Angarie, Westfalie, Comes in Bren, nec non Burgravius in Magdeburg, recognoscimus tenore prefencium publice protestantes, quod successione Anegheuel in teutonico nuncupatam bonorum infra scriptorum per Albertum dominum Gruelhut nomine suo et nomine fratris sui Buffonis nobis manualiter et prefencialiter resignatam, videlicet in villa Wustermarke III mansos soluentes VIII frusta reddituum in vniuerso et in molendino Nyerburch tria frusta reddituum. Omnia bona supradicta spectant ad altare sancti Georgii, situm apud infirmos extra muros Zpandow, omnem quoque successione bonorum eorundem, que nobis et nostris veris heredibus in posterum contingere posset, donauimus et presentibus damus honestis viris et discretis fratribus kalendarum de merica Zpandow, qui nunc sunt et pro tempore futuro kandas easdem subintrabunt, pure propter deum, ita ut quam primum dictum altare sancti Georgii vacauerit, extunc dicti fratres kalendarum predictum altare sine omni contradicione et semoto omni impedimento vni probo viro conferre debebunt, nec eadem collacio redibit vquam ad vsus nostros, nostrorum verorum heredum seu ad vsus humanos, sed manebit perpetue apud fratres eosdem: nam quod semel deo dedicatum est, amplius ad vsus humanos redire non debet. In huius rei testimonium prefens scriptum conscribi fecimus ac illud sigilli nostri munimine duximus roborandum, adhibitis hiis testibus reuerendo Domino Nycolao Bernowiensi preposito, Domino preposito Thidemanno in Broten, Domino hinrico et Domino Alberto dictis de Aluensleue, Domino Hinrico dicto de rochowe, Domino Hermanno de Nybede, Domino Alberto de bröcyk, Henningo et Nycolao dictis de groben, Ottoni de Vorlant, heynrico bakoni, koppekino velkener, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum et actum in castro Zpandow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII, feria secunda in festo pentecostes.

Röder's Waldemar II, S. 522 u. 523.

**XLI.** Herzog Rudolph von Sachsen verzeignet dem Kloster Spandow zu einem in der Pfarrkirche daselbst neu errichteten Altare vier Stücke jährlicher Hebung aus Willmersdorf, am 6. Dezember 1323.

In nomine domini amen. Rudolfus, dei gracia Dux Saxonie etc. notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ob omnipotentis dei reuerentiam ac eius matris marie virginis gloriose in nostrorum peccatorum remediū Claustro sanctimonialium in Spandowe ad altare novum in parrochiali Ecclesia in ciuitate Spandowe nouiter constructum proprietatem quatuor frustorum in villa Wilmestorp sitorum dedimus et sollempni in presentibus donatione damus siue donamus, pacifice et quiete perpetuo possidendam. Ut autem hec nostra donatio stabilis permaneat et a nostris successoribus non infringatur et de ea nulli aliquod oriatur dubium, presentes litteras



conscribi iussimus et munimine nostri sigilli fecimus firmiter roborari. Testes huius sunt: dominus Nicolaus prepositus in Bernowe, Johannes de Glyndenberg, Hince de Warmstorp, Loferus, Hermannus de Nebedde, Buffo de Mylowe, milites nostri, Johannes dictus de Bane plebanus in Belitz, Nicolaus plebanus in Luckowe, nostri capellani dilecti, Thydericus noster prothonotarius et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe anno domini Millesimo Tricentesimo vicesimo tercio, in die beati Nicolai Episcopi.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XLII. Markgraf Ludwig vereignet der Pfarre in Roschow eine ihrer Ausstattung hinzugefügte Hufe Landes, am 31. Dezember 1325.

Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis Marchio, comes palatinus Rheni, dux Bawarie, sacri Imperii archicamerarius, recognoscimus in hiis scriptis, quod in remedium salubre animarum nostre ac antecessorum nostrorum dedimus et presentibus donatione sollempni donamus proprietatem omnimodam super vnum mansum doti Ecclesie in Roschow appositum perpetue dicte doti cum pleno iure et proprietatis titulo permanendum. Renunciantes dicto manso atque omni iuri, quod nobis uel nostris posset competere successoribus in futurum. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes aderant: Nobilis vir dominus Guntherus comes de Lindowe, Hermannus de Rodere, miles, Thidericus de Lo, famulus, necnon Consules utriusque brandenburg et Rathenawe cum ceteris fide dignis. Datum Brandenburg, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXVI<sup>o</sup>, vigilia circumcissionis eiusdem, per manum hermanni de Luchowe.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XLIII. Landgraf Friedrich von Thüringen, Markgraf zu Meissen, bestätigt der Stadt Spandow ihre Rechte für den Fall, daß sie in seinen Besitz kommen sollte, am 15. Juli 1327.

Wir Fridrich, von Gottes Gnaden Landgreve zu Düringen, Marggreve zu Misne vnd in dem Osterlande vnd Heere in dem Lande zu Plifsne, bekennen öffentlich, dafs die Stadt vnd das Land zu Spandow an vns wende von vnsern Schwager Marggreve Ludewig von Brandenburg, als se vns gelobt vnd geschworen haben, daz wir desulve Stadt, daz Land vnd de Lüde lazen beholden bi allen Rechte, bi aller Vryheit vnd by aller guden Gewohnheit, de se gehabt haben bi den olden Marggreven zu Brandenburg vnd by Marggreve Ludewig, vnseren Schwager, den vorgenannten, de se met Bryven bewiesen mögen. Zu eyn Urkunde haben wir diesen Bryf lazen versegeln met vnsern Ingefegele, dabi gewest sind vnse Herr Bischof Matthias von Misne, vnse Ohme Berthold von Henneberg, Bosso von Mansfeld, Günther



von Keverenburg, de Graven, Henrich von Plauen, de Ruffe genant ist, vnd andere frumme Lüde genug. Det ist geschehen zu Brandenburg, nach Gotes Geburt tusend Jahr dryhundert Jahr in dem sieben vnd zwanzigsten Jahr, an dem Mitthewoch nach Sancte Margarethen Dage.

Dilfmann's Geschichte Seite 137 No. 9.

XLIV. Markgraf Ludwig verordnet, daß Niemand von seinen Lehngütern am nächsten Martinifeste etwas erheben dürfe, bevor die Städte der Vogtei Spandow wegen der dem Herzog von Sachsen gezahlten Steuer befriedigt worden, am 1. Juni 1328.

Nos Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et lufacie marchio, Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sacri romani imperii archicamerarius, fatemur in his scriptis, quod nullum habentem bona pheedalia in advocacia Spandow permittimus quicquam de talibus tollere bonis supra festum S. Martini proximum, nisi prius Consules dicte Advocacie civitatum adipiscantur et tollant de bonis talibus contributionem, quam nunc domino duci Saxonie prompte pagaverint. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Berlin, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXVIII<sup>o</sup>, vigil. sac. Corporis christi.

Sibicin's Beiträge IV, 10.

XLV. Markgraf Ludwig verschreibt der Stadt Spandow das Angefälle eines in der Stadt auf dem Bens gelegenen Hofes, den die Frau Tezinne besitzt, am 1. Juli 1329.

Ad perpetuam rei memoriam infra script. Nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacri romani imperii Archicamerarius, recognoscimus tenore presentium protestantes, quod fidei puritate fidelium nostrorum Burgensium de Spandou, quam per operis experientiam cognovimus, nos cogente, dedimus eisdem et per presentes donatione solempni damus in perpetuum curiam sitam supra locum, qui dicitur Bentz intra plancas dicte nostre civitatis Spandou, quam nunc domina dicta Tezinne possidet, habendam et possidendam post obitum dicte domine cum omnibus suis attinentiis scilicet casis, pratis, agris, iudicio, cum pleno iure, renunciantes dicte curie et vniuersis predictis suis pertinentiis, etc. Et vt hec nostra donatio semper permaneat inconuulsa presentes inde confici et sigilli nostri robore mandauimus firmiter communiti. Presentibus testibus videlicet domino Günthero Comite de Lindoue, Hinrico de Sydoue, Betekino de Wiltberg, Lofero et Hermanno de Wolcoue, militibus, Hermanno de Luchoue nostro notario cum aliis de nostra familia fide dignis. Datum Berlin, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, Sabbatho post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach einer Copie. Vgl. Gerken's Fragm. III, 65 und Dilfmann S. 137 Nr. 10.



XLVI. Der Rath zu Spandow bezeugt dem Kloster Spandow den Erwerb gewisser Besitzungen in Seeburg, am 16. April 1332.

